Eleonora divina favente clementia Romanorum Imperatrix
ac Germaniae, Ungariae, Bohemiae Regina etc.

Illustris syncere nobis dilecte. Ex literis vris vigesima
quinta Decembris ad nos perscriptis libenter intelleximus
memorem vram in dispensatione pro Musico Bonamente
procuranda curam. Hac in re autem ne Beatitudinem Sumi
Pontificis toties interpellare necesse sit, pergratum nobis
esset, si a Sanct: Sua officijs vris pro homine interposi=
tis obtinueritis, ut memoratam dispensationem in id usque
tempus, dum praedictus Bonamente in Caesareis servi=
tijs versabitur, prorogare dignetur. Ubi cum Sua Sanctas
firmiter confidere possit, Suam Caesaream Mattem charis=
simum Dnum et Coniugem nrum, ipsum Bonamente non
aliter, quam dum se honeste gesserit in aula sua pas=
surum, tanto indubitatius ipsius benignum consensum ex=
pectare volumus. De caetero vos solito benignissimo affectu
constanter prosequimur. Datum in Arce Pragensi die
quarta Februarij Ao 1628.

Eleonora